

INTROIT Psalms 85: 1, 2, 3

Inclína, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te: miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die. (Ps. 85: 4) Lætífica ánimam servi tui: quia ad te, Dómine, ánimam meam levávi. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Inclína, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te: miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die.

COLLECT

Ecclésiám tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat: et quia sine te non potest salva consistere; tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Eustace & Companions

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Eustachii et sociórum natalítia cólere: da nobis in ætéRNA beatitúDine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Galatians 5: 25, 26; 6: 1-10

Fratres, si spírítu vivimus, spírítu et ambulémus. Non efficiámur inánis glóriæ cúpidi, ínvicem provocátes, ínvicem invidéntes. Fratres, et si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spírítuáles estis, hujúsmodi instrúite in spírítu lenitátis, considerans teípsum, ne et tu tentéris. Alter altérius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis existimat se áliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, et sic in semetípso tantum glóriam habébit, et non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is, qui catechizátur verbo, ei, qui se catechízat, in ómnibus bonus. Nolíte erráre: Deus non irridétur. Quæ enim semináverit homo, hæc et metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne et metet corruptiónem: qui autem séminat in spírítu, de spírítu metet vitam ætéRnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus: témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máxime autem ad domésticos fídei.

GRADUAL Psalms 91: 2, 3

Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo. Altíssime. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

LESSER ALLELUIA Psalms 94: 3

Allelúja, alielúja. Quoniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelúja.

GOSPEL Luke 7: 11-16

In illo témpore: Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim: et ibant cum eo discípuli ejus, et turba copiósa. Cum autem appropinquáret portæ civitátis, ecce defúnctus efferebátur fílius únicus matris suæ: et hæc vídua erat: et turba civitátis multa cum illa. Quam cum vidisset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accéssit, et tétigit lóculum. (Hi autem, qui portábant, steterunt.) Et ait: Adoléscent, tibi dico, surge. Et resédit qui erat mórtuus, et cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accépit autem omnes timor: et magnificábant Deum, dicéntes: Quia prophéta magnus surrêxit in nobis: et quia Deus visitávit plebem suam.

OFFERTORY Psalms 39: 2, 3, 4

Exspéctans exspectávi Dóminum, et respéxit me: et exaudivit deprecationem meam, et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

SECRET

Tua nos, Dómine, sacraménta custódiat: et contra diabólicas semper tueántur incúrsus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Eustace & Companions

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION John 6: 52

Panis, quem ego dédero, caro mea est pro sæculi vita.

POSTCOMMUNION

Mentes nostras et córpora possídeat, quæsumus, Dómine, doni cæléstis operáto: ut non noster sensus in nobis, sed júrgio ejus prævéniat effectus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Eustace & Companions

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Eustáchio et sociis; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Bow down Thine ear, O Lord, to me and hear me: save Thy servant, O my God, that trusteth in Thee: have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all day. (Ps. 85: 4) Give joy to the soul of Thy servant for to thee, O Lord, I have lifted up my soul. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, without end. Amen. Bow down Thine ear, O Lord, to me and hear me: save Thy servant, O my God, that trusteth in Thee: have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all day.

Let Thy continual pity, O Lord, cleanse and defend Thy Church: and because it cannot continue in safety without Thee, may it ever be governed by Thy goodness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who dost permit us to celebrate the heavenly birthday of Thy holy Martyrs Eustace and his companions: grant that we may rejoice in their fellowship in everlasting bliss. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, if we live in the spirit, let us also walk in the spirit. Let us not be made desirous of vain glory, provoking one another, envying one another. Brethren, and if a man be overtaken in any fault, you, who are spiritual, instruct such a one in the spirit of meekness, considering thyself, lest thou also be tempted. Bear ye another's burdens, and so you shall fulfill the law of Christ. For if any man think himself to be something, whereas he is nothing, he deceives himself. But let everyone prove his own work, and so he shall have glory in himself only, and not in another. For everyone shall bear his own burden. And let him that is instructed in the word, communicate to him that instructs him, in all good things. Be not deceived, God is not mocked; for what things a man shall sow, those also will he reap. For he that sows in his flesh, of the flesh also shall reap corruption: but he that sows in the spirit, of the spirit shall reap life everlasting. And in doing good, let us not fail; for in due time we shall reap, not failing. Therefore, whilst we have time, let us work good to all men, but especially to those who are of the household of the faith.

It is good to give praise to the Lord and to sing Thy name, O most High. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

Alleluia, alleluia. For the Lord is a great God, and a great King over all the earth. Alleluia.

At that time, Jesus went into a city called Naim: and there went with Him His disciples, and a great multitude. And when He came nigh to the gate of the city, behold a dead man was carried out, the only son of his mother, and she was a widow, and a great multitude of the city were with her. And when the Lord had seen her, He had compassion on her, and said to her: Weep not. And He came near and touched the bier. And they that carried it stood still. And He said: Young man, I say to thee, Arise. And he that was dead, sat up, and began to speak. And He delivered him to his mother. And there came a fear on them all: and they glorified God, saying: A great prophet is risen up among us, and God has visited His people.

With expectation I have awaited for the Lord, and He hath had regard to me; and He heard my prayer, and He put a new canticle into my mouth, a song to our God.

May Thy Sacraments, O Lord, be our safeguard, and ever defend us against the attacks of the evil one. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee, O Lord, the gifts of our devotion; may they, through Thy mercy, be rendered both pleasing unto Thee, for the honor of Thy just ones, and profitable for our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The bread that I will give is My Flesh for the life of the world.

May the efficacy of the heavenly Gift, we beseech Thee, O Lord, possess our minds and bodies: so that its effects, and not our own impulses, may ever prevail in us. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, by the intercession of Thy holy martyrs, Eustace and companions, that what we touch with our lips we may receive with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.